



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Materia, forma, & Officiis Tonsuræ, & Minorum Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

non sit de fide, est tamen certissimum esse Sacramentum, ut apud Vasq. aliosque citatos videre poteris.

6. Quoad proximam, illud ex dictis colligi debet, Ordinem, cum iam dixerimus, esse Sacramentum, unde suam producit gratiam, debere dignè ministriari ab Episcopo ordinante, & dignè recipi ab ordinato, id est; sine conscientia peccati mortalis, ut supra libro primo de Sacramentis in universum explicatum est. Sed difficultas propria hic se offerit: An id sentendum sit de omni Ordine, etiam de prædicta extensione; ita ut per quamcumque indignam collationem, vel receptionem illorum, committantur novum numero peccatum?

7. Respondeo. Ita est sentendum in sententia, quam ut probabiliorem secuti sumus, doceamus, eos omnes esse Sacra menta; multò magis de illa extensione, quam diximus, certò esse Sacramentum. At quia non potuimus negare probabile esse, Subdiaconatum, & Minores Ordines non esse Sacra menta, ut modò vidimus, id est probabile etiam erit, ea ministrare, a vel suscipere, non cum malo, sed saltem morale.

CAPUT II.

De Materia, Forma, & Officiis primæ Tonsuræ, & Minorum Ordinum.

§. I.

Prima Tonsura.

1. **E**st deputatio ad canendum in Choro, seu Ecclesia, & ad eisdem obsequium.

2. Conferatur ab Episcopo per abscessio nem capillorum, loco materia, & per hæc verba, loco formæ, ab eodem Episcopo, & simul ab ordinando pronunciata. Dominus pars hereditatis meæ, & pars meæ Deus in eternum.

Dixi (loco materia, loco formæ) cum enim prima Tonsura Ordo non sit, vera materia, formaque non indiger: nam propterea, his omisis, validè quis b deputaretur ad obsequia prædicta, si quocumque alio modo, ipso consciente, ad ea addiceretur ab Episcopo.

3. Officium primæ Tonsuræ est, deputare Fidelem ad canendum in Ecclesia, ob quam rationem vocatur his Psalmista, & ei imponitur, ut semel reciter septem Psalmos Penitentiales cum Litaniis, & Precibus consequentibus. Destinatur item per ipsam Fidelis ad obsequium, & famulatum Ecclesiarum, unde sit capax beneficiorum Ecclesiastico rum, & aptus ad Ordines sequentes.

4. Ut autem id hac occasione dicam, adverte, prædictas Orationes imponi ab Episcopo tum Tonsurato, tum cuilibet ordinato in Minoribus, & quidem semel, etiam si receperit simul dictam Tonsuram, & quatuor omnes Ordines: imponi, inquam, non sub peccato, sed sub consilio, & sicuti idem sentendum esse de Maturino, & Missis, quæ l. c. e. s. idem Episcopus imponit Ordinato in Sacris, cum Narr. & Reginaldo.

§. II.

d Inf. c. 2.

§. 4.

Ostiaratus.

1. **E**st Ordo Ecclesiasticus, per quem datur potestas claudendi, aperiendi, & custodiendi Ecclesiam.

2. Ejus materia remota sunt claves Ecclesie. Proxima est porrectio, seu traditio clavium. Forma sunt illa Episcopi verba. Sic ergo, quasi rationem Deo redditurus pro his rebus, quæ his clavibus includuntur. Adduntur tanquam Ceremoniae, aperire, & claudere fores ejusdem Ecclesie, & illi tradi campanulam, seu funiculum, quo ea ligatur, quibus ostendit exercitium Ordinariis, quem suscepit.

3. Ostiarii munus est, aperire, claudere, custodire Ecclesiam, advocate, & admittere dignos, indignos excludendo. Campanas pulsare (explicat Gaspar f. Hurtadus, id in telligi, tempore sacrificii) supellectilem sacram custodire, denique aperire librum ei, qui est prædicatus, quod tamen ultimum in usu certè non est.

§. III.

f. G. Hurt.

de Ord.

diff. 5.

g. G. Hurt.

ib.

Lectoratus.

1. **E**st Ordo Ecclesiasticus, quo conceditur potestas Prophetias, & Scripturas legendi in Ecclesia.

Hh 2. 2. Ejus

2. Ejus materia remota est liber continens Sacras Lectiones, id est, Epistolas, & Prophetias. Proxima est ejusdem libri traditio. Forma. *Accipe, & esto viri Dei relator, habitor, si fideliter, & viriliter officium tuum impleveris, partem cum iis, qui verbum Dei ab initio bene ministraverunt.*

3. Munus ergo Lectoris est legere praeditas Prophetias, & sacras Scripturas, etiam Evangelium, sed extra Missam, nam, in hac, est officium respectivè Subdiaconi, & Diaconi. Item ejusdem Lectoris est munus, Cathucumenis baptizandis fidei rudimenta tradere. Olim panes, & fructus novos Lector benedicebat, minori tamen solemnitate, quam ea, quæ convenit ordinatis in Sacerdotiis, ut notat Galparus Hurtadus, vello. cit. b March. testatur.

de Ord.

tra. 2. p. 3.

cap. 3.

§. IV.

Exorcistatus.

1. **E**ST Ordo Ecclesiasticus conferens potestatem imponendi manus super energumenos, legendique exorcismos, ad Demones fugandos.

2. Materia ejus remota est liber Exorcistarum, Proxima ejusdem libri traditio; Forma. *Accipe, & commenda memoria, & habe potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive Cathucumenos.*

3. Ejus ergo officium est manus impone-re super Energumenos, atque exorcistos legere; Olim Exorcista edicebat Populo, ut, qui non communicant, darent locum aliis communicaturis, & aquam qua in ministerio Baptismi futurus erat Baptizans, infundebat, sed hodie haec, ipso non usi, abrogata esse, idem ibidem notat Marchinus.

§. V.

Acolythatus.

1. **E**ST Ordo Ecclesiasticus, quo datur potestas ascendendi lumina, cereumq; accen-fum transfrrendi ad altare, & porrigi Subdiacono Urceolos, pro Sacro Ministerio.

2. Materia remota hujus Ordinis est duplex; altera, est candelabrum cum cero extincto, altera, sunt Urceoli vacui. Horum

traditio est materia proxima. Notatque Bonacina e satis esse, si unus Urceolus tangatur ab ordinando: *Forma item duplex est. Altera. Accipe, Ceroferarium cum Cereo, ut, cias, n. 6. ut te ad accendenda Ecclesia lumina mancipari in nomine Domini. Altera. Accipe Urceolos, ad luc. & jugerendum vinum, & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi, in nomine Domini.*

3. Circa quæ, triplex est sententia, alii d' Bonacina affirmant Priorum, alii e Posteriorum, alii f' Ric. Angl. utramque simul esse materiam, & formam adæquaram hujus Ordinis, & per ipsas imprimi Characterem. Omnes probabiliter.

4. Officium ergo Acolyti est præparate lumina ad Sacrificium, Cereum, ubi est k- c. S. Th. gendum Evangelium, ferre: Diacono, & Subdiacono interire, (nam inde dicitur Grat. Acolythus, latinè pedissequus) Aquam, & vino in Urceolis ministrare, ecclisiæque vino, & aqua plena eidem Subdiacono portigere.

Acolythum immo, & ceteros quocumque Ordine, quamvis Minoris, insignitos, immo Ord. & solum Tonsuratos posse licite tangere va- f' G. H. f. 4. fa sacra, sed in quibus non sit Sanctissima Eucharistia g alibi docuimus.

§. VI.

Aliquot quæstionculæ de initiatæ Tonsura, & Minoribus.

A N, HI, CUM INITIANTUR, OB- ligentur Sacram Eucharistiam sumere, & quid de aliis?

T. **P**rima Tonsura, & Minoribus initiati, eo die, quo initiantur, obliganturne, Sacram Communionem suscipere, & per hanc occasionem, quid de aliis in Sa- cris?

2. Respondeo tribus dictis. Dico, Primò. Tonsura, & Minoribus initiatos non obligari. Primò, quia non adeat Textus ad id obligans. Secundò, quia aliqua Rubrica sic forte disponens, nullum indicat præceptum, unde solum continet consilium. Tertiò, Praxis idem persuadet, quando scilicet hi ordines conferuntur à Prandio.

3. Dico, Secundò, idem affirmari debere de Subdiaconatu, & Diaconatu propter duas priores rationes proximè dictas, semper sup-

supponendo, non esse alicubi peculiare præceptum.

4. Dico, Tertiè, Sacerdotio initiatos omnino sub pœna culpæ mortalitæ comunicare debere, & quia debent participare de suo sacrificio.

^{a Quinta.} AN PECCET QVIS, SI INITIATUR
Tonsura, & Minoribus, sine intentione
ascendendi ad alios Ordines. Et
quid de Episcopo, si id sciens,
illum initiet.

5. Neutrum peccare mortaliter, b puto,
^{b Sanc. l.7} quia nulla gravis deordinatio in hoc apparet,
^{mat. d. 31.} nec grave præceptum. Non ita in eo, qui Religionem ingreditur animo non perlevetan-
^{c. 17.} d, quia hic decipit Religionem, dum alitur
^{e S. Th.} ejus expensis contra ejusdem Religionis vo-
^{Sanc. l.7} luntatems Lege Coninck. c

6. Dices, At Tridentinum d prohibet illos
quia nulla gravis deordinatio in hoc apparet,
prima Tonsura ordinari, de quibus probabilis
conjectura non sit, eos, non secularis judicium
fugiendi fraude, sed ut Deo serviant, hoc vita
genus eligisse?

Respondeo. Tridentinum loquitur de ini-
tiato ex intentione fugiendi judicium secu-
lare, non autem de intentione non ascenden-
di ad alios Ordines.

7. Quod si quereras, an is, qui contra Tri-
dentinum initiatur ex intentione fugiendi
dictum judicium, peccet mortaliter? Respon-
deo, esse duas sententias. Navarrus, e aliique
putant, peccare mortaliter. Sanchez f cum
March. aliis, mortaliter non peccare.

8. Hanc posteriorem sequor; quia, nec
liquecum Tridentinum imponit præceptum grave, nec
Leand. e gravem injuriam is, qui cum ejusmodi inten-
tione ordinatur, interrogat, vel Ecclesiæ, vel po-
testati seculari, quilibet enim uti potest sua
libertate, in eligendo vitæ statu, esto deinde
per accidens levarur exemptio à seculari-
bus, & esto sic ordinatus ad statum altioreum
nolit ascendere.

9. Verum peccatne fastem venialiter? Re-
Leand. f spondeo Sanchez g citatus, sic habet. Si Ordini-
g Sane. lo. nes Minoris, aut primam Tonsuram accipiens,
e num. 17. solum intendat declinare iurisdictionem fori se-
cularis, nonnulla culpa est, quod deficiat recta
intensio Ordines f accipendi. Certe ex modis
loquendi communis, illud (nonnulla) solum
venientem notat. Quare si deinde Sanchez

numero 18. dicit, non peccare Episcopum, si
prædictum ordinet, intelligendus erit, (ne si-
bi sit contrarius) non peccare mortaliter, nam
non posset effugere veniale, si sciens ad illud
cooperaretur.

10. Notabile demum est illud, quod do-
cet Layman, nimirum, Rectores Academia-
rum sine veniali solere, assumere Minoris Or-
dinis, absque intentione permanendi in Cle-
ricatu, sed solum, ut sic, possint Scholares Ec-
clesiasticos regere. Quæ Doctrina ostendit,
posse adefe justam caussam, unde, ne venia-
liter quidem peccetur.

AN PECCET IS, QUI MINORIBUS
initiatur ob solam spem Beneficium.
Ecclesiasticum conse-
quendi?

11. Marchinus h ad hanc questionem sic h March.
Responder. Si dicta spes sit causa principa-
lis finalis, & primaria, mortaliter peccabitur,
de Ord. tr-
secus, si sit secundaria, & impulsiva. Quæ à nu. 13.
Doctrina confirmari potest ex D. Thoma i S.Th. 2. z
docente, appetere Episcopatum ob divitias i 185. A. I.
(intelligendus enim est principaliter) esse q. 185. A. I.
mortale.

12. Profectò, si id, ita absolute dictum,
verum esset, vñ Sacerdotibus, vñ Clericis, vñ
Fidelibus. Quorusquisque enim est, qui ob
finem habendi temporalia ad spiritualia non
moveatur?

13. Naviter igitur intelligendum est, quid
sit hac in re moveri à lucro, vel simili spem tem-
porali, tanquam à fine, seu causa principali,
ita ut mortaliter tunc peccetur. Certe est, cum
quis ita moveret ab hoc fine lucri, & ita spiri-
tualia ad illud ordinat, ut velit legem Dei in
re gravi negligere, dummodo eo lucro potia-
tur. Hanc profectò intentionem, si, vel Cle-
ricus, vel Episcopus habet in sua Ordinatio-
ne, peccare mortaliter non est dubium, deque
has loquitur S. Thomas.

At, si ejusmodi intentionem non habeat,
sed ita velit finem illum lucri, media sua or-
dinatione, ut, sive expresse, sive tacite sit pa-
ratus, legem Dei non negligere, hunc certe
difficile est, pronunciare, mortaliter peccatum;
quamvis enim aliqua sit venialis deori-
natio, spiritualibus uti, tanquam mediis
ad temporalia, tamen, dum constat voluntas
prædicta; esse gravis, & mortaliter deordina-

H h 3. 110

*In opusc. r. io nequaquam videtur. Lege nonnulla ad-
de Sacra. modum hoc facientia in nostro opusculo, a
Missa li. 2. de Sacr. Missar.*

c. i. §. I.

*b Th. Azor A N INITIATUS TONSUSA , VEL
Silv. altijs Minoribus peccet , si sine ulla causa
ap. Leand. uxorem ducat , & à Clericatu
de Ord. d. discedat.*

7. qu. 13.

*c San. l. 7. 14. Quamvis b aliqui nullam hinc agros-
ma. d. 31. cant culpam , tamen adesse veniale mihi e
num. 7. probabile est , quia ejusmodi Clericus vide-
d Lib. 3. in turrecedere à statu , quem in ipsa receptione
Dec. ca. 11. Tonsuræ videtur implicitè Ecclesiæ , aliquo
num. 2. tandem modo , promisit. Non ergo hanc
c San. l. 7. culpam ego duco ex capite in constantiæ; hoc
mat. d. enim fortassis non attingeret culpam , cum sit
44. nu. 5. solum defectus majoris boni , ut in simili di-
Castr. de ximus a alibi , sed ex capite dictæ infidelitatis
Ord. d. un. in re non notabiliter gravi.*

*p. 17. n. 15 15. Hunc autem Clericum , si beneficio
Laym. li. 4 gaudear , vel Ecclesiastica pensione , illis pri-
tr. 2. c. 14. vari , statim , e ipso jure , initio validè matri-
num. 7. monio , pete , quæso , prætereat.*

f Panorm.

*S. Aug. AN TONSURA INITIATUS SIVE
Tab. Arm. simplex Clericus , sive beneficiarius pec-
Silv. Bar. cet , si Tonsuram , quam Cleri-
Sotus ap. cam appellamus , non
March. de deferat.*

Ord. tr. 2.

*p. p. c. 6. Idem per occasionem quærimus de Initiatu-
g Vasq. to. in Sacris. Et quid de vestibus
3. m. 3. par.
d. 250. c. 8*

*G. Hur. de 16. Triplex est , quoad Clericam , Senten-
Ord. diff. tia. Prima , docet f omnes Clericos peccare
ult. mortaliter , si Clericam ferre negligant per
Sanc. in tempus notabile. Secunda satis communis
Conf. l. 7. g afflir , nos omnes , sed Clericos Beneficia-
Ca. 1. d. 13 tos , & constitutos in Sacris. Tertia conuen-
de Ord. g. dir. b nullos peccate mortaliter , nisi adsit te-
34 & 35. nictas contrumacia , & contemptus.*

*h March. 17. Huic tertie lententia ego adhæreo li-
l. c. tr. 2. p. benitius. Ratio est , quia consideratis diligenter , expenfilij singulis textibus allatis à con-
1. c. 6. Caster. de trario sentientibus , nullum inveni , qui p̄-
Ord. d. un. ceptum , saltem grave , contineret , quam
p. 18. n. 3. diligenter considerationem hic inferere ani-
Cajet. a. mus fuit , verum , quia post meum in expen-
lique ap. dendo laborem impensum (sincerè enuncio ,
Pian. p. 3. n. e. non mentiri) incidi in Marchinum loc.*

cit. apud quem legi , meām diligentiam ab tr. 4. n. 6
ipso fuisse præventam , idē judico , satis , 183,
superque esse , si te ad illum , Lector benigne ,
remittam.

18. Excepi autem contemptum , &c. quod
ex Cajetano , sic disertè notavit Layman i his i Laym
verbis , in quibus statuit etiam de vestibus , 1. 5. n. 14
& comprehenduntur item initiati in Sacris , 12. n. 14
Silvester , Armilla , Vasquez ajunt , non esse mor-
tale , Clericum Beneficiatum , vel constitutum in
Sacris non forentem Tonsuram , aut habitum
Clericalem (scilicet contumacia , & contemptus)
nisi notabilis excessus fiat ultra modum consuetum : Et hoc placet , tum esse mortale , si spectatis
circumstantiis persone , loci , diurnitate temporis , &c. Clericalis Tonsura , & habitus neglegitus
notabiliter repugnet honestati , & bono exempla
Clericorum ; cuius gratia talis habitus , lege E-
cclesiastica , praecipitur. Sin vero ex justa causa ,
vel ad tempus breve , sine honestatis detimento ,
habitus deponatur , nulla omnino est. Spectanda
etiam est cuiuscumque Diocesis conjectudo. Hęc
Layman: quæ , quasi iisdem verbis , approbat
Castropalaus loc. cit.

19. Nec dissimilis est Trullench. k cuius k Trull
verba hic excrivere non erit inutile , quia explicant p̄diētām Layman , & Cajetani
doctrinam ; Sic enim ait . Cajetanus docet , n. 6.
Initiatum non gestantem habitum Clericalem ,
& Tonsuram apertam , tunc peccare mortaliter ,
quando adfert temeritas , contumacia , & contemptus . Cuius sententia sustineri posset , si adfessus
aliquid signum , quo apparet Clericus , quod tanquam probabile admittunt Ledejma , & Vil-
lalobos . Secutus tamen , si nullum signum Clerica-
sus appareat , ut si habitum Laicalem , & enem
sine corona deffret. Ideo , & bene , prædicti Villa-
lobos , & Ledejma concludunt , Clericum Initia-
tum , tunc solum , peccare mortaliter , cum ita
non deffret habitum , ut videatur non Clericus .
Excipe semper necessitatem justam , qualis esset
pauperias , vel fuga inimici , parvitatem item
temporis ob aliquam congruentiam , &c.

Hęc ex Trullench. Addo ego l Barbosam , l Barbos
aliosque.

G. Hart.
G. albi.
Le.
tar.
d. Ix.
de S.
M.
§. I.

¶ A-